



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Summæ Card. Toleti

Minucius, Genesisius

Sammieli, 1613

De causis interdicti effectibus & absolut. c. 52. 53. 54. & 55.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41701

uamur per excommunicationis sententiã: Secundo. Per suspensionẽ.
 *Tertio. Per Interdictum. Interdictum autem triplex est, locale, personale, & mixtum quando interdicitur tam locus quam persona, interdicitur enim aliquando locus & non persona. Interdicta autem ciuitate tantum, ciues non interdicti ad aliam ciuitatem, progredi possunt, & ibi bonis spiritualibus frui: quæ priori in ciuitate interdicta erant. Personale interdictum aliud est generale quando omnes personæ alicuius loci aliud particulare quando aliquæ tantum interdiciuntur.

*De causis Interdicti, effectibus,
 & Absolutione Cap. 52. 53
 54 & 55.*

Ille potest interdictum ponere, qui potest excommunicare. Interdici potest persona,

& locus, sed propter peccatum
grauissimum quale est inobe-
dientia, & contumacia contra
Ecclesiam, non tamen necessa-
rium est, quod tale peccatum in
omnibus locum habeat, nam
quando plures interdicuntur, in
iis inuoluuntur etiam innocentes,
sine culpa interdicentis. Plures
sunt Interdicti effectus, ubi enim
est Interdictum, nec Missa, nec
diuina officia publicè celebra-
ntur, non pulsantur campanæ, pro
officio, neque organa, licet ta-
men predicare: neque licet mini-
strare Eucharistiam nisi tempore
mortis, quo tamen non licet ex-
tremam Vnctionem. Sacramentū
vero pœnitentiæ omni tempore.
Cæterum dictum est publicè quia
secreto ianuis clausis celebrare, &
diuinas persolvere laudes, nun-
quam non licet, ad quæ tamen
admittendi non sunt, qui Interdi-
cti causa dederunt, vel carent

priuilegio, & contrafacientes pec-
 cant mortaliter. Bonifacius VIII.
 indulfit quod eadem officia tem-
 pore Interdicti publicè etiam ce-
 lebrarentur in solemnitatibus Na-
 talis Domini, Resur. Pentecost.
 Corporis Christi, & Assumptio-
 nis Beatae Mar. Virg. Sacerdos ve-
 ro violas locum interdictum pu-
 blicè exercèdo actum maioris or-
 dinis quem non potest, grauius
 peccat & est irregularis, quam ta-
 men irregularitatem non incurrit
 si exerceat tantum actum minoris
 ordinis. Persona interdicta priua-
 tur sacramento ordinis & extremae
 Vnctionis, Eucharistiã tamè tem-
 pore mortis recipere potest, non
 potest pœnitentiam quando dedit
 causam interdicti nisi parata sit o-
 bedire, matrimoniã tamè illi non
 prohibent. Priuatur sepultura Ec-
 clesiastica & diuinis officiis, qui-
 bus si sciens se immisceat peccat
 mortaliter cum tamen secularis

violans locū interdictum peccet tantum venialiter. Sunt aliqui casus in quibus ipso iure incurritur interdictum sed nunc ferè nullus tenetur illud seruare nisi post denunciationem. Absoluit ab interdicto qui tulit si est ab homine nō si est à iure & reseruatū est alicui, ille ab eo absoluit cui reseruatum est, vel superior. Quod si non est reseruatū, cessante causa ob quod latū est, potest tolli ab ordinario, secus à solo Papa.

De Cessatione à diuinis Cap. 56.

HÆc cessatio non reperitur in iure, sed tantum ab homine superiore imponi permittitur propter aliquod grane peccatum, vti est quod comittitur contra Ecclesiæ immunitatē. Tempore Cessationis, nulli, ac nulli sacrum celebrare licet nisi secreto semel in hebdomada, sicut tēpore Interdicti fiebat ante Bonifaciū